



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac Limitationibvs

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla CXII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63213)

D. Petri Duen.

exportati. & in l. fin. C. de reuocan. don. in l. omni modo. C. de inof. fic. testa. quod notatur in l. Pomponius scribit, si frumentum, in §. fin. ff. de rei vendi.

17 Limita decimosextimo, si aduersarius in præparamentis tantum impendit quantum habuit, vel plus, ab astore. Vt in d. l. si pecuniâ, in fine principii.

REGVLA CXII.

CONDITIO, quæ in se infert viduitatē, nō est seruāda: & ideo si testator dicat, relinquo Seia fundum si nupserit arbitrato Titij, si viuo Titio nupserit Seia sine eius arbitrio, nihilominus debet habere legatum. Hanc regulam probat tex. in l. turpia. §. si Titij legatum. ff. de lega. j. & in l. filia. ff. de conditio. & demonstra. & in l. cum tale legatum. in §. rescriptum est. ff. eodem titulo. Hanc regulam ponit Bernard. de Luco in regula 114. cum duabus limitationibus.

Amplia duodecim modis, vt per Emanuelem a Costa Lusitanū, in d. §. rescriptum est, a pag. 1. vsque ad pag. 58. & limitat aliis 12. modis a pagina 58. vsque ad paginam 116.

REGVLA CXIII.

COMBURI in quibus casibus quis debeat, ponit quindecim Alber. Gandinus in tract. malefici. in tit. de pœnis reorum. nu. 57. quos casus ponit Salice. in l. j. C. de nili aggeri. non rumpen. Et decem & sex casus ponit Chassa. in consue. Burgund. in rubr. j. in tit. {De iustices}. §. 5. folio 46. col. 3. nu. 1. & duodecim casus ponit Ioa. Pœponis in commento ad consue. Borboniæ: in tit. j. de iurisdic. ione. §. 2. pagina 7. & 8.

Adde alium casum vltra omnes in crimine Sodomix, nam licet 2. de iure mori debeāt. Auth. en. vt nō luxurien. hom. contra naturam. in §. præcipimus. colla. 6. & l. foedissimā. & l. cum vir nubis in foeminam. C. de adulter. & in l. eiusdem. in §. qui hominem libidinis causa castrauerit. ff. de sicariis. iuncta l. j. C. de eunuch. & in c. adulterii. xxxij. questio. vij. & Leuitici xx. cap. & in l. j. & ij. tit. xxj. parte vii. & in l. ij. tit. ix. lib. 4. fori. & ita tener Chassangus in consue. Burgun. rubri. j. in princ. nu. 56. fol. 17. col. 4. Et de detestatione huius criminis vide Mattheum de Afflict. in constitutio. Neapolita. lib. 3. rubri. 42. nu. 7. Hippol. in consil. xxvij. nu. 4. & 5. Hodie tamen non solum debent mori, verum etiam comburi, vt in Pragmatica lxxxv. in volumine Pragmaticarum: de qua pragmatica facit mentionē Cæsar Lambertinus in tracta. iuris patrona. in prima parte 2. libri, in articulo xvij. ix. questio. principali. nu. 16. & 17. folio 245. vbi per totum illum articulum tractat materiam illius Pragmatica.

Regula